

34. Ergo omnis determinatio est discrimen entis, §, 38, 14.

* Unterscheidung. ** Unterscheid, Merkmal, Kennezeichen, Vnterscheidungs-Zeichen.

§. 68.

Discrimina entis sunt vel externa seu relatiua, vel interna, §. 67, 37. et haec vel essentialia, quae pertinent ad essentiam, vel accidentalialia, quae ad existentiam, §. 56. vel absoluta, vel respectiua, §. 37.

§. 69.

Discrimina interna possunt repraesentari in ente in se spectato, §. 68, 37. hinc quomodocunque cognosci, seu DARI. * Data vel possumus etiam (sine compraesentia) sine assumpto alio, sine relatione ad aliud, CONCIPERE ** et intelligere, i. e. distincte cognoscere, vel non possumus. Illa sunt QUALITATES, *** haec QVANTITATES. ****

* angegeben werden. ** begreifen und verstehen. *** Beschaffenheiten. **** Größen.

§. 70.

Qua qualitatem eadem sunt SIMILIA \sim , * qua quantitatem AEQVALIA $=$, ** qua utramque, CONGRVENTIA \cong . *** Qua qualitatem diuersa, DISSIMILIA $\not\sim$, **** qua quantitatem, INAEQVALIA \neq , *****

B 2

qua